



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

De castitate. Cap. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

34 Cum ergo fratres nostri, qui Christum discere cupiunt, Superiores suos, quasi Deum ipsum amore, ac reuerentia singulari prosequi, & ad illorum præscriptum, non tantum opera, sed verba, & quoad fieri potest cogitationes quoque metiri: ut postquam instituti nostri cursum Obedientissimo Dei filio similes hac fide confecerint, immensa præmij cœlestis fœlicitate latentur.

De Castitate.

Caput. VII.

Castitas, (quoad rem nostram attinet) est virtus, quæ carnis concupiscentiã moderatur, & illicitas voluptates excludit.

2 Virtutis huius, Angelicæ dignitas planè cœlestis est, cui tribuitur peculiari iue pulchritudo.

3 Præstat quippe homini (quod à carnis concreione longissime distat) Angelicam videlicet honestatem, & metis sublimitatem; quæ cœlestes procul dubio dotes sunt.

4 Ex quibus non obscure cerni potest, quàm virtus hæc hominem illustret, qui supra naturam elatus, cœlestem

quæ

quendam candorem spirituali naturæ congenerem exhibet.

5 Hinc existit suauissima quædam pulchritudo, quæ mira cum energia omnium oculos, & animos allicit: quantum enim luxuriæ turpitudine deterret, tantum castitatis forma demulcet.

6 Quod non in creaturis modo, sed in ipso creatore Iesu Christo cernere licet: qui & Virgo, & Virginis filius, & Virginum amantissimus est; vt in amore Iohannis, quem singularis prærogativa Castitatis ampliore dilectione fecerat dignum, aperte monstrauit.

7 Decet quippè illum, qui candor lucis æternæ, & speculum sine macula est, animos sibi puritate similes, amore singulari prosequi, & peculiaribus donis augere: quod in Virginibus innumeris, quibus sui copiam indulgentissime fecit, palam ostendit.

8 Ex quo certe liquet, quanta sit pulcherrimæ virtutis huius Iesu Christi cor, velut ad nutum possidentis, opulentia: nihil enim ea possessione pretiosius: nihil æstimabilius.

9 Sed bono tanto nõ quæuis castitas, sed
per-

perfecta potitur: qualem diuino mune-
re, sine quo nemo continens esse potest,
fratres nostri assequi contendunt.

10 Perfectissimus decor est: ardentissi-
mat; votare quirit, qualia pars magna
Christianæ nobilitatis summa cum lau-
de concepit. Plurima quippe non solum
puellarum, quas mundus apparatus mul-
to ad nuptias expetebat, sed adolescen-
tum quoque ingenuorum millia, carnis
pulchritudinem illata nece, aut suscepta
castigatione corporis delere maluerūt,
quàm dulcissimo castitatis decore care-
re.

11 Honestius multo visum est, ludibrio
ab hominibus haberi, & priorum e-
tiam parentum odium pati, insectatio-
nes, in ediam, verbera, & id genus alia
molestissima tolerare, quàm proposito
mutato, à purissimæ virtutis amplexu
diuelli.

12 Quod sanè illa mentis senectus pri-
mis annis à Deo inspirata non ausa fuit
fer, nisi colendæ castitatis studium bo-
norum maximorum esset feracissi-
mum.

13 His ergo rationib⁹ fratres nostri puo-
cati,

cati, enitantur hoc purissimo candore
nitere: nec Beatissime Virginis adoptio-
nem quam plurimi faciunt, alio modo
credant posse constare: sed de præscri-
bendis actibus agamus.

E X E M P L V M.

14 **P**onendum est multos esse castita-
tis grad^o: sed perspicuitatis gratia
possunt ad duo capita reduci: vnum eo-
rum, qui à voluptatibus tantum illicitis
abstinent, quod sæcularium est: alterum
eorum, qui nec licitis quidem fruun-
tur, quod est Monachorum, quamuis
& in sæculo plerique hunc gradum at-
tingant.

15 Deinde notandum, in hoc secundo
gradu, alios ab ijs tantum licitis delecta-
tionibus se continere, quæ corporis
sunt: sed si quid animo, in ipsis claustri
exercitijs ineundum occurrat, ample-
ctuntur: alios vero esse, qui ne spiritua-
lia quidem oblectamenta captent.

16 Fratres vero nostri primum illud se-
cūdi gradus propositū omnino cōplecti
ad secundū verò, nisi degeneres esse ve-
lint, aspirare debebunt: quæ ad modū. n.
qui

qui linguam serio cōpescere decreuit, verbis, quoque bonis idēdem abstinere dum bonis linguam explicat in malum sensum relaxet: ita qui verē castus esse constituit, ita à castis delectationibus se cohibere debet: ne paulatim non casta subintrent.

17 Sic ex historijs probatissimis accepimus à suorum, & parentum colloquijs Patres antiquos accuratissime abstinuisse: ne aliorum non affinium, vel solaverba perciperent, tanta in huius virtutis custodia religio fuit.

18 Nec immerito: nā Patres ipsi pugnandi consultissimi, qui congressiones hostium aliorum minime formidabant, quod ad castitatis attinet prælia, semper fugam cōsuluerunt. Corruptio quippe sensus tanta est, ut periculorum fugam rationi consonam, quæ fortitudinis pars est, in hac pugna laudauerint, & multis exemplis docuerint.

19 Vno tamē pronunciato supremum Castitatis gradum nostri fratres attingēt: si nēpe, vigilantissime cōentur, ut nulli rei creatæ quātumuis pulchrę conadhærescat: sed velut adulterij se reos existant.

existant

existiment, si soli Deo cor totum vbiq;
non reddant: omnis quippè amor alius,
etsi non semper corporis, semper ta-
men cordis castitatem lædit: sed actus
proferamus.

Actus interni.

Purissime, ac amore toto dignissime
Deus, constituo ab omni oblectatio-
ne abstinere, propter te.

Castissime fili Virginis, etsi absque
culpa, omnibus carnis voluptatibus,
quas homines affectant, frui possem;
me ab eis vigilantissimè continerem.

Candidissime Deus cordis mei, non
modò carnis delectationes respuo; sed
imagines quoque formosorum corpo-
rum concipere nollem.

Amabilissime IESV Christe pango
fœdus cum oculis meis, me rerum cor-
porearum elegantiam nō intuiturum.

Suavissime decor animæ meæ, certò
scias, me à rebus corporeis, nec tactu,
nec auditu, nec aspectu, nec alio modo
(quoad mea fragilitas feret) vllam ob-
lectationem percepturum.

Dulcissime Domine, non tantū oble-

G

cta-

ctamenta carnis, non recipiam; sed quod ad me attinet, neque spiritus delectationes requiram.

2. Huiusmodi actus animosè producendi sunt: sed ad externos transeamus.

Actus externi.

AD capita duo referuntur, quæ pro castitatis cultu à fratribus nostris præstari debent: vnum ad sensuum correctionem: alterum ad carnis macerationem attinet.

22. Capitis primi est, sensus cohibere, quoties aliqua suboritur delectatio: vt frater quisq; omninò statuat, statim animaduertit, delectationem obrepentem excutere; quod duobus exemplis planius fiet.

Videt quis frater aliquem secularem seu Religiosum forma præstantem, vbi naturali motu ex eo conspectu subit aliqua, licet non illicita delectatio: Tunc ergò, castitatis amore, sic agere debet oculos auertens: Absit, vt corporis huius aspectu delectari velim: Auerte Domine oculos meos, nè videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Alterum exemplū petamus à tactu,
Acci-

Accidere posset in recreationibus, vel
 alibi, vt frater quis inopinus manum
 alterius tangeret, vel contrectaret, vn-
 de oblectationē aliquam senttret: Tūc
 re deprehensa, manum propriā debet
 confestim ad se referre; ac in Deū hoc
 modo aspirare: Absit à me Domine, vt
 aliquam delectationem querā extra te.
 23 Ex his discant fratres nostri, quanto
 perē debeant singularem aliorū fami-
 liaritatē, quæ illos actus indecoros pa-
 rit, euitare: quin etiā si castitatē ament,
 & se ipsos, dum se in cellis exuunt, cu-
 pant, vel alios eiusmodi actus exercent
 vitaturi sunt, nè quid visu, vel tactu pa-
 tum honestè fiat.

24 Sed quod de duobus sensibus, duo-
 bus exemplis expressimus, de alijs pari-
 ter accipiendum est: nam nec auditu,
 nec olfactu, neq; gustatu, in quo maior
 est difficultas, nisi ob necessitatem,
 vel vtilitatem, non ob vllam volupta-
 tem, vsuri sunt.

25. Idem quoq; de sensibus internis vel
 potentijs asserimus: nam quicquid tibi
 oblectationē parit, si necessariū, aut vti-
 litatē non sit, expellendū, si expelli nequeat,

vel non debeat, intētio purganda, & ad
Deum solum attollenda est: sed ad
put secundum castigandi corporis
cedamus.

26. Fallax equus ad salutem: & in ab
dantia virium suarum non saluabitur.
Propterea illa corporis afflictio, quae
fratribus nostris v̄sitata est à cultoribus
castitatis, impensius debet frequentari.
Huc spectant, vigiliae, ieiunia, incōm
modus lectus, cilicia, catenae & eius gene
alia, de quibus in cap. de Pœnitēt. di
mus: sed hic hoc volumus duntaxat
fratres iuniores animaduertant, omni
austeritatis actus, & sensuum, quas
ximus, mortificationes, castitatis col
dae gratia susceptas, actus quoque casti
tis esse, nec sine his munimentis
virtutem solere consistere.

27. Hinc sanctissimi, & ab omni car
infestatione alienissimi Patres, se mo
stissimis afflictionibus, in antris, & se
tudinibus conficiebant: etsi enim per
sentibus praelijs non impeterentur,
men futura timebant: & vsque ad
stremum halitum militabant.

28. Quorum doctrina potissimū co

mendatur, quod carni necessitatem, aut morbum simulanti minimè crederent: sed cum carnis detrimento; ut spiritus fieret saluus, decertarent.

29 At verò cum castitatis propugnatio difficillima sit: quòd homo aduersus carnem suam, quam nemo vnquam odio habuit, armetur: & multiplices pugnae, ac timores, lassitudines, ac deliquia contingant: æquum erit, hac tertiae capitis parte, pro virtutis tantæ præfidio appositarum rationum agmen instruere.

30 Prætexit amor proprius rei arduitatem, quasi labor immensus sit, cum hoste implacabili perenne bellum gerere: sed quantò duriora subeunt homines libidinosi, pro modica voluptate carnis furtim degustanda? Prodigunt patrimonia; nobilitatē generis, & honorem obscurant: corpus voluptate obscenâ cōputrescit & anima sēpiternis, quos in hac vita præsentit; doloribus traditur.

13 Quantò ergò prudentius sit, castitatis decorem, & æternam foelicitatem modico belli labore comparare, quàm

exhausto corpore tabem, & infamiam
in præfenti vita; in futuro verò sæculo
mortem expertem mortis, fallaciffimam
& breuiffimam voluptate mercari?

32 Nullum non lapidem mouent, munda
cultores, vt aliqua ingenij, nobilitatis
fortitudinisue laude Principum gratiam
inire, ac præ alijs ab eis amari possint: cur
ergò, cùm exploratũ sit, hoc esse castitatis
priuilegiũ, vt ob exactiffimam, & dulciffimam
mã eius pulchritudinẽ, non solũ cor
sed corpora quoque casta à clementiffimo
Deo in delitijs habeantur, Fratres
nostri nõ impensiffimè curent puriffimam
castitate nitere?

33 Præterea omnes popemodum Ec-
clesiæ filij, Beatiffimæ Virginis auxilium
quasi spem salutis æternæ firmiffimam
implorant: & si apud eam gratiam valeant
se causam obtinuisse arbitrantur: cùm
ergò compertum sit hac vna virtute ad
tæ Regine fauorem viam rectam steterit
quã mente, qui inter eius filios puritatis
candidatos recensentur, licet laboratiffimum
sit, in castitate tuenda possint
degeneres?

34 Deindè: illustriffima orbis ter-

rum pars vero studio Sapientiæ deditif-
 fimis constat, qui sepositis curis alijs, æ-
 quum esse censuerunt, rebus diuinis to-
 to corde vocare : modica enim rerum
 cœlestium cognitio scientijs alijs inferi-
 oribus longè antecellit: & ob eam causã
 à licitis etiam coniugij delectationibus
 mētem immunem seruaturi, cœlibatū,
 & vitæ austeritatem elegerūt : quod ex-
 emplis Patrum nostrorum vulgatissimis
 & plurimis patet: æquum ergò erit, fra-
 tres nostros ad sapientiæ studium fœlici-
 sorte vocatos, carnis curam negligere,
 vt castitas, quæ inter virtutes omnes illi
 studio mentem potissimum adaptat, in
 eorum quoque corporibus splendeat:
 modica enim sapientiæ cœlestis deliba-
 tio suauior est, quam sit laboriosa casti-
 tatis disciplina.

35 Vltorius, impensior est amor vitæ,
 quàm scientiæ, vel sapientiæ, nec fugit
 quemquã, sedulitas hominū ad quod-
 libet detrimentum vitæ declinandū
 quãta sit: iam autem perspectum est, ca-
 stitatem, tam esse morti, seu corrupti-
 oni contrariam, quàm obscenitas
 vitæ . siue integritati aduersa-
 tur:

tur si quis ergò vult vitam, eo certè ipso, quòd vita per ferrum ignemq; seruatata placet, castitas quoque per labores multos quæsitata placere debet.

36 Quid iam de certaminis exitu dicemus? non enim futuræ tantum vitæ præmia cumulatissima castitati respondent: sed post agones, cum iam Clemētissimo Iesu Christo satis pugnatum esse videtur, etiam in hoc exilio, castitatis amantissimè blanditur: quæ à iunioribus fratribus attētè pōderandū est.

37 Omnium quippè Theologorū sententia est, re quoque Philosophicè perpensa, maiores multò animi, quàm corporis delectationes esse: benè igitur cum fratribus nostris agatur, si pro voluptatibus abdicatis gaudia diuina prælibentur.

38 Cæterum quamuis nihil aliud emolumentum est custodia formosissimæ virtutis huius referendum esset, quam Iesu Christo conformes fieri, quo nihil est gloriosius: deberēt profectò fratres nostri, perpetuis laboribus, & angoribus ad hanc laudem aspirare.

39 At, cum peculiari quadam ratione hostem hunc carnis domesticū nutrire
& ab

& ab eo simul infestari debeant: nouerint, instatissimè orandū, vt Domin^o, p sue bonitatis, & nostræ fragilitatis magnitudine præsentissimū ferat auxiliū.
 40 Orationis ergò, & exercitiorū assiduitate, stipendia militia nostræ faciāt: & nulla difficultate deterriti; nullo mœrore deiecti, p decore virtutis, pro mercedis magnitudine, pro similitudine Iesu Christi, charissimi fratres nostri decertent.

De Paupertate.

Cap. VIII.

1 **F** Docturus Iesus Christus, veræ sapientia Præceptor, æternæ beatitudinis viam, à paupertate orsus est: quæ nihil est aliud, quàm vltro nea rerum temporaliū abdicatio, ob regnum cœleste suscepta: quæ bona externa, sicut obedientia, & castitas interna, sacrificat.

2 Eius verò sublimitatē, verā stat^o Apostolici notā, cōmendare operosum est: habet enim nescio quid virtute altius, dum bona, quæ homines adorant, excelso animo calcat.

3 Quapropter inter beatitudines potius, quā inter virtutes à Christo eius laudatore